Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ihesus

fiat fructum bonum erauitur
et in ignem mittetur. Igitur
ex fructibus eorum cognoscetis
eos. Non omnis qui dicit mihi
domine dñe intrabit in regnũ
celorum. Sed qui facit voluntatem
patris mei qui in celis est
ipse intrabit in regnũ celorum
multi dicent mihi in illa die
Domine dñe nõne in nomine
tuo prophetauimus. et in nomine
tuo demonia ~~eiec~~ eiecimus. et
in nomine tuo virtutes multas
fecimus. Et tunc confitebor illis
quia nũquam noui uos. Discedite
a me qui operamini iniquitatem
Omnis ergo qui audit uerba mea
hec et facit ea assimilabitur uiro
sapienti qui edificauit domum
suam super petram. et descendit
pluuia et uenerunt flumina
et flauerunt uenti et irruerũt
in domum illam. et non cecidit.
fundata enim erat super petram
Et omnis qui audit uerba mea
hec et non facit ea similis erit uiro
stulto qui edificauit domũ
suam sup harenam. et descendit
pluuia. et uenerunt flumina
et flauerunt uenti et irruerũt
in domum illam et cecidit. et fuit
ruina eius magna. Et factũ
est dum consummasset dominus
ihesus uerba hec. admirabantur turbe super doctri
nam eius. Erat enim docens
eos sicut potestatem habens. et non sicut
scribe eorum et pharisei.

Cum autem
descendisset ihesus de
monte. secuti sunt eũ
turbe multe. Et ecce leprosus
uenens adorabat eum dicens
Domine si uis potes me mundare. Et extendens ihesus ma
num tetigit eum dicens. uolo
mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi
ihesus. Vide nemini dixeris. sed
uade ostende te sacerdotibus. et
offer munus tuum quod precepit moyses in testimoniũ illis
Cum autem introisset capharnaum. Accessit ad eum centurio
rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet paralitico
in domo. et male torquetur. Et
ait illi ihesus. Ego ueniam et
curabo eum. Et respondens centurio ait illi. Domine non sum
dignus ut intres sub tectum
meum. sed tantum dic uerbo
et sanabitur puer meus. Etenim
et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me
milites. et dico huic uade. et uadit
et alio uenite. et uenit. et seruo meo
fac hoc. et facit. Audiens autem
ihesus miratus est. et sequentibus
se dixit. Amen dico uobis non
inuenimus tantam fidem in israel
Dico autem uobis quod multi
uenient ab oriente. et occidente
et recumbent cum abraham
et ysaac. et iacob in regno celorum
filii autem regni eicientur in te

197